



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

1. Quid Contumacia? quis dolus bonus, quis malus? An contractus dolo dante causam contractui, sit ipso jure nullus? an idem obtineat in contractu ex dolo incidente?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

reus doli à Posteris Ludovici? *Resolu-*  
*tionem pete ex num: 2.*

## I.

**C**itatione legitimè factâ, & reo contu-  
maciter absente, is contumaciam in-  
currit; quæ aliud non est, quàm erga Ju-  
dicem commissa inobedientia: per Host:  
*in sum: h. t. L. contumacia 13. ff. de re jud: va-*  
*riè coërceri solita, nunc litis damno. cit. L.*  
*contumacia. nunc mulcta à Judice inflictâ,*  
*L. 2. ff. si quis in jus voc: modò condemnatio-*  
*ne in expensas. cap: cum dilecti h. t. vel aliter*  
*secundum Judicis arbitrium si solvendo*  
*non sit. cap: sinem litibus. h. t. interdum rei*  
*sequestratione. cap: ex literis h. t. subinde*  
*excommunicatione. cap. tuae fraternitatis.*  
*sup. ut lite non cont: Trid: sess: 24. cap. 3. de re-*  
*for: Aliquando missione in bonorum pos-*  
*sessionem, iis scilicet casibus in quibus lo-*  
*cum habere potest, Hen: Can: lib. 4. tit. 4.*  
2. Dolus malus est calliditas, fallacia,  
& machinatio ad circumveniendum, fal-  
lendum & decipiendum alium adhibita.  
*L. 1. §. 1. ff. de dolo. Bonum dolum pro so-*  
*lertia veteres accipiebant. cit. L. 1. §. non fuit*  
*autem. fit dupliciter ut plurimum aut ex*